

Sammelband

J-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33



| | | |
|----|---------------|------------------------------------------------------------|
| Nr | Bresides | |
| 1 | Engelbrecht | De genuinis Legis. juris fontibus in for. Term. |
| 2 | Brenneisen | - utilitate studii hist. in jurisprudentia. |
| 3 | Schmaltz | - legum et consuetud. fontibus praecipuis |
| 4 | Muldener | - factis studii juridici |
| 5 | Brunnemann | - compendiosa docendi jurispr. via. |
| 6 | Callenberg | - particulis juris Muhammedici. |
| 7 | Suendendorfer | - Resolutio Corporis Juris fact. |
| 8 | Eyben | - Autoritate juris Justiniani. |
| 9 | Scharf | - legibus. |
| 10 | Lindt | - nigro. |
| 11 | Schiller | - Sublimi patriiatus honore. |
| 12 | Falckner | - Adoptionum jure |
| 13 | Arac | - usu jur. nat. in statu civili. |
| 14 | Kryck | - derogatione future dispositiones. |
| 15 | Arauch | - ad leg. Ad. de jactu |
| 16 | Stoefler | - jure commerciorum restitit denegato |
| 17 | Ziegler | - jure commerciorum. |
| 18 | Corceji | - pretii affect. et amenitatis. |
| 19 | Beckmann | - poena ebriorum. |
| 20 | Beyer | - protectoribus opificum. |
| 21 | Schiller | - acquisit. domini derivativa facto hominis. |
| 22 | Beckmann | - jure consiliorum. |
| 23 | Coch | - donationibus. |
| 24 | Simon | - donationibus. |
| 25 | Hoheisel | - Specificationibus. |
| 26 | Homfeld | - rebus derelictis. |
| 27 | Beyer | - restaurat. domus ruinose. |
| 28 | Schultz | - rebus mere facultatis |
| 29 | Lauterbach | - mandato |
| 30 | Thomasius | - Diff. inter emptionem cum pacto de retro. et e. g. g. g. |
| 31 | Schiller | - poenitentia ex contractibus innominatis. |
| 32 | | De fideiussoribus. |
| 33 | Conradi | De fideiussoribus. |

10

8

XXXVI

SUPERIORUM. INDULTU.

DE. LEGIBUS.

AD. IDUS. MART. H.L.Q.C.

MORE. ACADEMICO.

SUB. PRÆSIDIO.

NOBILISSIMI.

JO. FRID. SCHARF.

STUDIORUM. SUORUM. PROMOTORIS.

EXOPTATISSIMI.

PUBLICÆ. DISPUTABIT.

ALEXANDER. PFEFFER.

REGENVV. POM.

WITTEBERGÆ

Imprimebat JOHANNES HAKE, 1670.



1757

STUDIORUM INSTITUTUM
DE FELGIBUS
AD HILF. MART. HILG.
MOR. ACADEMICO
Zur Erklärung
des
J. F. R. D. S. C. H. A. R. P. I.
STUDIORUM INSTITUTUM
Zur Erklärung
des
ALEXANDER WILHELM
Zur Erklärung
des
J. F. R. D. S. C. H. A. R. P. I.
STUDIORUM INSTITUTUM
Zur Erklärung
des
ALEXANDER WILHELM
Zur Erklärung
des
J. F. R. D. S. C. H. A. R. P. I.



89.

P A V E N T E
 LEGUM CONDITORE DEO
 TRINUNO!

DE Legibus theses quasdam exposituri sumus. Quod ut ordine decenti fiat, à duplici definitione, Nominis & Rei, initium facere studebimus. Tria autem in explicandâ nominis definitione sunt attendenda:

Etymologia, Homonymia & Synonymia. Primum quod concernit, sciendum est, Legem ab omnibus non eodem derivari modo. Scholastici, inter quos ferè præcipuus *Thomas Aquinas Ia. IIe. quest. 90. artic. 1. p. 157.* à ligando eam deducunt, cum homines, qui bus est lata, alliget vel ad obedientiam vel ad pœnam. *arg. l. 2. ff. de LL.* Alii à legendo, quia publicè legi consueverit olim, vel quia ab omnibus legi ac cognosci debeat. *Isidorus lib. 2. Etym. cap. 10 & Cicero lib. 1. de Legib.* Quorum opinionem hoc præsertim auget, quòd videamus in Lingva Italica, Gallica & Hispanica legem venire à legendo; qui populi hac in re procul dubio Latium sermonem (ut quem agnoscant matricem) imitati sunt. Nonnulli quoque ab eligendo derivant, quippè Lex normam eligendorum & fugiendorum tradit. *Sotus lib. 1. de Justit & jure, qv. 1. art. 1. conclus. 1. fol. 2. a. Corasius in tit. ff. de legib. p. 163. §. 3. alii.*

II. Sumitur verò vocabulum nostrum vel *strictè* quatenus contradistinguitur, Senatus Consulto, Plebiscito, Jctorum responsis, Impp. constitutionibus, Magistratum edictis, de quibus videbis §. 6. Instit. de J. N. G. & C. Vel *latè* sive generaliter, quæ ratione denotat jura, & d. §. enumeratas partes comprehendit, ubi dicitur potest sententia de moribus lata, præcipiens honesta, & prohibens turpia. Vel *latè* sive, quæ describitur per sanctionem sive jussum ejus, qui juris condendi habet auctoritatem. Quandoque etiam accipitur pro formâ contractus & pactionis; unde proverbium: *Eâ lege atque conditione.* Specialiter autem & in sensu Philosophico denotat talem legem, quæ à bonitate & malitiâ abstrahitur, & in suâ, uti loquuntur, essentia consideratur & definitur. Quomodo in **Scripturis** partim pro libris Mosaicis, partim pro Legibus ceremoniali-

Christian
Becman.
Mannudæ
ad Ling.
Lat. pag.
ccccxvii.
Heiderus
in Pol. cap.
2. p. 536.
Chr. Mat-
ria. Syl.
stem. Po-
lib. 3. Exerc
4. sect. 1.
Wolf. Ma-
sculus in
Locc.
Comm.
Loc. de Le-
gib. p. 34.
Fernelius
lib. 1. Instit.
tit. 2.
Vultej in
Jpr. Rom.
lib. 1. c. 2.



nialibus, partim pro tota scriptura sacra sumatur, id Theologis, quorum manus lubens exosculor, examinandum relinquimus, ab homonymia transientes ad Synonymiam.

Alian. lib.
4. variar.
bist.
Spangē-
berg in
v. Mans-
feldischen
Chronick/
cap. 5.
Piccol.
grad. 10.
Phil. Mor.
cap. 23.
B. Mei-
sner. lib. 1.
de Leg. qv.
2. ubi Syno-
nyma ma-
ximā par-
tem colle-
git.
L. 17. ff. de
Legibus.

III. Nomina, quibus insignitur, multa eaque gravissima apud Auctores reperiuntur. Lycophroni est *paetio*, Senecæ *virtus armata*, Tullio *norma*, Papiniano *communis Reipublica sponsio*. Aliis *Jus*, *Consuetudo*, *Mos*, vel *Ritus*. Item *Carmen* & *Cantilena*. Unde & Germani Legem communiter appellant *Ein Gesetz* à *setzen* / i. e. *constituere*, vel à *Cantilenis*, ut refert *Aventinus lib. 1. Chron.* Leges enim Antiqui vocabant *Cantilenas*, quia istis temporibus literæ nondum satis erant excultæ; Carminibus igitur & cantiunculis suas complectebantur leges, ut publicè privatimq; canerentur, sicq; ab oblivione vindicarentur. Quo fine etiam Majoribus olim nostris *Tuiscon* Leges exhibuit, certis alligatas rhythmis, quo & facilius caperentur & commodius cani possent. Hinc illa promanavit consuetudo quâ ad hanc usq; diem Leges Germanico idioma te *Gesetze* vocantur. *Græcis* Lex dicitur *Νόμος*, ἀπὸ τοῦ νέμειν, cum per eam unicuique tribuatur, quod suum est: vel à *νόμος* & *νόμος*, quatenus à divinâ mente prodiens per humanâ mentē in urbes manat. *Ebraeis* לִּיְרֵךְ vel à R. יָרַךְ *exploravit ordine*, s. *ordinavit*, vel à R. יָרַךְ notante in Piel *promere*, *spargere*; in Hiphil, *docere* & *ordinare*. Rationem appellationis ostendit B. Chemnitius *part. 2. Loc. de Lege, cap. 1.*

IV. Definitio Rei vicissim apud Auctores variat, Quidam enim Legem definiunt per rectam rationem; quidam per cōmune præceptum; quidam per doctrinam; quidam per aliud genus. Nobis salvo aliorum præclarorum Virorum iudicio hæc arridet: LEX EST RATIO, QUÆ FACIENDA PRÆCIPIT, ET OMITTENDA PROHIBET. Cum anima Legis sit ipsa ratio, quâ destitutâ nec nomen legis meretur lex. Quare eam per rationem rectissimè ita definiendam esse existimamus. Nam sicuti anima dominatur corpori; sic etiam ratio dominatur verbis. Qua de re gravissimi Auctores plurima nobis reliquerunt testimonia. Omnium instar nobis in præsentiarum vel unus Plato erit: *Lex inquit, est mens sapientis adjubendum vel vetandum.* Præterea, cum Legis ratio in
duobus

8
duobus potissimum consistat, nimirum, ut jubeat facienda, & prohibeat contraria, haud inconvenienter hæc verba in nostrâ posuimus Definitione. Sunt enim duo vincula, quæ omnem continent Rempublicam. Hinc etiam tam arctè inter se conjuncta sunt, ut nullo modo disjungantur.

V. Dividuntur Leges primariò in Divinas & Humanas. Priorem speciem iterum dispescendam censemus, cum *CL. Dn. Brautlacio*, in verè divinam, & quasi, sive analogicè sic dictam. Quæ ultima appellatio Juri Canonico ab eodem attribuitur. Pontifices enim, illi Dei scil. Vicarii, constitutionibus suis traditionibusq; supremum Numen sibi æmulari visi fuerunt. Verè divinæ Leges, subdividendæ in Morales, Ceremoniales, & Forenses. *Morales* immutabilem summi Numinis voluntatem comprehendunt, ac firmam æternamq; æternæ justitiæ normam exhibent, quas propofitas videas in *Decalogo Exod. 20.* Et hæ ab omnibus observandæ ac servandæ, qui Christiano nomine gaudent, & participem æternæ salutis spem se fovere ostendunt. *Ceremoniales* sunt, quæ circa externos saltem cultûs divini ritus occupatæ, cum ipsis, quibus latæ, populis interierunt, nec ampliùs nos obligant. *Forenses* itidem, Politiam Judaicam, ejus gubernationem, magistratus, judicia, pœnas, contractus &c. concernentes, cum suâ gente expirarunt, & nos hodiè simpliciter non tenent; cum Leges ad *Rempubl.* attemperari debeant, non è contra *Respubl.* ad Leges. *Humanas* quod attinet Leges, eas homines ipsi ex naturalibus aut civilibus rationibus petitas subditis observandas proponunt. Suntque vel omnibus hominibus communes, vel alicui populo propriæ, *S. Jus a. Inst. de J. N. G. & C. l. omnes, ff. de Just. & Jur.* Communes iterum sunt vel Leges Naturales vel Gentium. Leges sive jus naturale est, quod natura omnia animantia docuit. Nec humani generis proprium est, sed ejus peritiâ cætera quoq; animalia, quæ & in cœlo, in terra & in mari nascuntur, censerî asserit *S. Jus nat. Inst. eod. l. 1. S. 3. ff. eod.* Quæ definitio impugnatur communiter, ac plus justæ latitudinis inculatur, quod in brutis nulla sit ratio, & ex bonâ consequentiâ nullum quoq; jus. Sed pro firmitudine ejus meritò milito, & docuit id utiq; natura omnia animantia, quælibet nim. in suo genere, suo quælibet modo, quo condita à

*Wesenb. in
w. ff. de LL.
n. 2.
Brautl.
Jpr. publ.
lib. 7. c. 2.*

*Besold. Po-
lit. lib. 2. c.
2. n. 34.
Schön-
born. Pol.
lib. 3. c. 1.
Lieben-
thal. disp.
12. qv. 3.
Wurmser.
Jpr. Publ.
Exerc. 7.
tb. 8.
Bachov.
ad Treutl.
vol. disp. 1.
tb. 4. l. d.
Sutholt.
disp. 1. tb.
55.*

Wesemb.
ad d. §. 1. J.
de j. n. g. &
civ. lit. x.
Borcholt.
ib. Rennē.
disp. 4. tb.
8.
Svevus ve-
lit. 1. tb. 8.
lit. b.

Schneidw.
ad §. jus a.
5. Inst. de
j. n. g. &
civ.
Hænon.
disp. 1. Inst.
n. 10.

Conditor omnium DEO. Bruta n. instinctu quodam naturali eadem faciunt, quæ homines rectâ ratione duce; peritaq; sunt juris naturalis, non intellectu cum nec jus nec injuriam intelligant, *l. si quod. 1. §. 3. ff. si quadr. paup.* sed affectu, sensu ac naturali inclinatione; nisi in vocabulo *censeri* subtiles cum aliis esse velimus. Et hoc jus, quia divinâ providentiâ constitutum, §. *sed nat. 13. J. eod.* immutabile ac perpetuum dicitur, nim. quoad ideam & propriam suam naturam, essentiamq; , secus quoad individuum ac existentiam, *Wesemb. ff. de J. & J. n. 15. ut & d. §. 13. ibiq; Borch. n. 3. it. pr. J. de Usuc. n. 3.* Alterum jus, commune omnibus hominibus, Gentium dictum fuit, quod sc. naturalis ratio homines in discretas gentes divisos per notitias divinitus impressas edocuit. Et dividitur in duas species, *primævum & secundarium*; id quod & in rationis & ratiocinationis, à Wesembecio ad d. §. in primum & ortum à primo à Hunnio in *Treutl. 1. disp. 1. tb. 4. q. 28.* ingenitum & excogitatum, à Donello 1. *Comm. 7.* distinctum perhibetur, aliis vocabulis idem sentientibus. Prior species est jus, quo, sine ulla alia constitutione, solâ ratione naturali, introducto, omnes gentes utuntur *arg. §. 20 Inst. de J. N. G.* quod propriè jus naturale secundarium dicit *Schneidewinus ad d. 5. Inst. eod.* Alterum est, quod hominum multitudine (addo & malitiâ) crescente, usu quoq; & necessitate exigentibus, gentes sibi per discursum rationis constituerunt, *d. §. 5. & Dd. ib. Hoen. disp. 1. Inst. tb. 14. Rennem. disp. 4. tb. 8.* Et hanc distinctionem, in jure fundatam esse, multis persequitur atq; Auctores allegat *VVurmserus in Ex. J. publ. 7. tb. 13. Idem in Nucl. J. contr. 1. 1. tit. 2. contr. 2. p. 57. seq.* Restant nunc pertractandæ Leges, quas proprias alicui populo appellavimus, quod easdem quisq; populus, qui præditus nim. juris condendi potestate, sibi ipsi constituat, *l. omnes, §. ff. de J. & J.* quæ ipsæ ibidem nomine Juris Civilis veniunt, quia certam aliquam Civitatem principaliter concernunt. Theologis & Politicis vulgò Juspositivum, jus politicum dicuntur, Pro cujus intellectu distinctiore notandum, quod dupliciter accipiatur, vel pro cujusvis jure; vel strictè pro Populi Rom. ut in jure nostro, §. *sed jus, 4. Inst. de J. N. G.* Constant v. LL. civiles aut scripto, aut sine scripto, §. *constant. 6. Inst. eod.* Quæ distributio ab institutis duarum civitatum clarissimarum, *Athenarum scil. & Lacedæmoniorum* promanans,

manasse videtur, quarum hæc memoriæ magis mandavit, quæ pro Legibus observari voluit; illa v. scripto, quæ sancit, custodivit, §. 6 non. 12. f. eod. Sunt ergo LL. hæc jus, quod ex consilio & expresso consensu constitutum in literas redigitur, & solenniter promulgatur. Non scriptæ LL. sunt jus moribus & usu Populi, vel majoris saltem partis ex probabili aliqua ratione initiatum continuatum ac introductum. Vulgò *Consuetudo* dicta. Quæ si usum respicis, eandem cum scriptis LL. vim obtinet *l. sine, 11. Inst. de J. N. G. l. de quib. 32. ff. de LL. l. leges, 3. C. quæ sit long. consv.* Ad consuetudinem v. introducendam requiritur, ut primò moribus & usu populi, h. e. sine scripto ac tacito consensu constitutatur; Quævis n. pro memoriâ in literas possit redigi, quoad originem tamen & principia, scripta esse neququam potest: Veluti hodiè *Consuetudines Feudales* in Corpus Juris quidem relatæ, consuetudines tn. sive jus non scriptum adhuc audiunt. Populum deinde *l. de quib. 32. ff. de LL.* vel saltem majorem ejus partem *l. quod maj. 19. ff. ad municip.* Pro autore vendito; & quidem motum probabili quâdam ratione *l. quod non. 29. ff. de LL. l. 1. C. quæ sit longa consv.* Quæ ipsa tamen consuetudo, si valitura sit, continuata sit actibus quibusdam, nec contrariâ observantiâ turbata atq; interrupta. Quot v. actus, quantumve temporis hic loci sufficiat, arbitrio Judicis optimè relinquitur. Excepto Jure Saxonico, ubi tale legitimum tempus definitur annorum XXXI. cum VI. hebdom. & III. dieb. *Landrecht/ lib. 1. art. 29.* Secundum quod pronunciarum hodiè scribit *Schneidw. d. §. n. 5. Dn. Carpzov. ibid. def. 21.*

VI. Dividuntur insuper in Fundamentales, quibus veluti fundamentis Respubl. innitur ac consistit; Vel non fundamentales, quæ & leges administrationis nuncupantur; quò omnes illæ residuæ reducuntur, quæ ut plurimum pro singulorum utilitate sancitæ ac receptæ. Concernunt verò Leges fundamentales Imperium vel ad eundem, vel regendum ac conservandum, In Imperio nostro Romano Germanico circa idem ad eundem extat salutaris illa ac summè pragmatica sanctio, Aurea Bulla Caroli IV. dicta; extant itidem Imperatoriæ Capitulationes. Quoad ritè administrandû ad sunt Sanctiones Caroli V. Criminales, Transactio Passaviensis, Constitutio Pacis religiosa, & pleriq; Recessus Imperii post Auream Bullam constituti, Quæ pleraq; de novo confirmavit Transactio Osna-

bru

Schneidw.
ad §. 9.
Inst. eod.
Borch. ad
§. sine scri-
pto 11. f.
eod.
Carpz.
Jpr. For.
p. 2. c. 3.
def. 22.
Arum disp
1. Ex 13. lit.
a. Wurms.
Ex. 7. & 8.
Rennem.
disp. 9. th.
13. & 16.

Sietzman.
Nucl. Jur
civ. ad §.
4. Inst. de
Just. &
Jur.

brugenſis, quam virtutis ſuæ magnitudine Germanicæ ad incitas
penè redactæ cœleſtis majeſtas poſtliminio quaſi divinitus cōceſſit.
Sed tantum de diviſionibus.

Brautl.
loc. cit. lib.
7. c. 3. n. 2.
Arnifaus
de Majeſt.
lib. 1. c. 3. n.
1. & lib. 2.
Pol. c. 6.
ſect. 5. n. 79.
Rennem d.
l. diſp. 12.
ib. 5.

Schneid.
ad § jus a.
2. Inſt. de j.
n. g. & civ.

VII. Ad curam Legum, quæ Imperantibus incumbit, nunc
deveniendum: Conſiſtit autem illa in rectâ Legum ſanctiōe &
juſta earundem executione; de quibus duobus, & quæ iisdem an-
nexa, quædam dicenda. Sanctiō Legum ac promulgatio, ſupre-
mæ Majeſtatis ſymbolum non immeritò indigitatur, ipſo rationis
dictamine factum approbante, ſacrâ quoque paginâ adſtipulante,
quæ non uno loco Reges cum Legumlatoribus immediatè conjun-
git. *Eſaiæ XXXIII. Prov. IIX.* Et benè, cum collocanda quoq;
penes eundem instrumenta imperandi ſint, penes quem ipſum Im-
perium ac judicium de rebus ſummum. Unde & Imperator Juſti-
nianus Imperatoriam Majeſtatem, non alium quendam, armatum
iisdem voluit. *§. 1. proœm. Inſt. Jur. Solus itaq; Imperator Legum cō-*
ditor juſte exiſtimandus ex l. fin. §. 1. C. de LL. quo ipſo tamen aliis
Regibus, Principibus ac Rebus publ. ſuperiorem non agnoſcenti-
bus, nullum fieri præjudicium ſponte eluceſcit. Hodiernis tem-
poribus in Imperio noſtro Romano Germanico hæc Legum con-
dendarum poteſtas adhuc quidem penes Imperatorem reſidet, non
tamen in totum, cum non, niſi Procerum ac Imperij Statuum con-
ſenſu eaſdē promulgare poteſt ac debet, quo fit, ut ejuſmodi quoq;
ſanctiōes communiter Imperii Receſſus, non verò ut olim Impe-
ratoris Conſtitutiones nuncupari ſolent. Quæ omnia tamen de
Legibus tantum univerſalibus accepta volumus; particulares enim
quæ & ipſe ſolus, & inferiores etiam Principes ac Status Imperii ex
hujus Juris conſeſſione condere queant, expeditum eſt. Nam diu
eſt, quod tralatitii locum apud JCros obrinet, in ſuo Ducatu Prin-
cipem tantundem poſſe, quantum Imperator in univerſo Imperio.
Vid. Arnif. de J. M. lib. 1. c. 5. n. 20. Particulares autem LL. in duas diduco
ſpecies, quarum primam LL. *Provinciales, Municipales & Statuta;* al-
terâ verò *Privilegia* conſtituant. Priores ſpecies vulgò noſtrâ linguâ
Land Recht / Willkühr / Weichbild vel *Stadtrecht* nuncupantur.
Weichbild quidem, quod & *Wickbild* à Saxonibus vocatur, à vo-
ce *Wick* & *Bild* quaſi imaginem vici dixeris. Id quod ab antiquis
Saxo-

Saxonibus deductū, qui nomine *Wic* vel *vici* urbana, pagana, ædi-
 busq; cincta loca, ipsas tandē denotarunt Civitates. Has itaq; Leges
 tam Principes ac Status Imperii, quàm alii Magistratus inferiores,
 Civitates ac Municipia condunt, modo tn. nonnihil diverso. Illi
 n. suæ ditionis statibus, velut Prælati, Nobilibus &c. Consiliariis,
 non quidem necessariò, utiliter tn. adhibitis, ad earum procedunt
 sanctionem *l. humanum, § C. de LL.* Hi v. civibus saltem, Colle-
 gis, aut ad minimum primoribus, consultis easdem condunt, ita
 tamen, ut à superiore suo Domino confirmationem, id quod usu
 quotidiè evenire asserit *Schneid. d. loco n. 14.* honestè requirant. Sed
 nec Magistratus modo vel Civitates, quin & Collegia licita & ap-
 probata ut factorum &c. idem juris exercent; ut tamen intra fines
 suos se contineant, & ultra ipsum Collegium, Professionem ac ar-
 tem suam nihil statuunt, nec quicquam & publicà lege corrumpant,
l. sodales, 4. ff. de coll. & corp. Sub altera specie *Privilegia* proposui,
 quæ sunt jus singulare, certæ personæ vel causæ, contra commu-
 nem juris normam indultum. Dicta sunt privilegia quasi priva-
 torum Leges, quod privent legem, dum seorsim aliquid à lege ge-
 nerali diversum statuunt; vel quod privis, h. e. singulis concedan-
 tur, priva enim vetustas singula dixit, *Borch. §. fin. Inst. de J. & J.*
 De quibus peculiarem edidit Disputationem *CL. Dn. Praeses, quem vi-
 de, simulq; prælectiones eius ad Instit. Jur.*

IIIX. De materia ac forma Legum nonnihil annectendum.
 Materia in personis, rebus, & actionibus consistit. Forma quam-
 vis varia sit, omnibus tamen legibus sunt communia, imperare,
 vetare, permittere, punire, *l. 7. ff. de Legibus.* itemque publicè ac
 solenniter promulgari, cum incognitæ Legis nulla ad pœnam ob-
 ligatio esse posse videatur. Præterea & generaliter, idque regula-
 riter, concipiuntur *l. 8. ff. eod.* Optimâ nitantur ratione, quam
 pro animâ ejusdem eleganter JCI venditant; in quam tamen, si
 non occurrat, superstiosè nunquam inquirendum, cum non o-
 mnium à majoribus constitutorum ratio reddi possit *l. 20. ff. de LL. &*
arg. l. 5. §. fin. ff. ad L. Aquil. Ad Legum adjuncta insuper revoca-
 mus, ut ea sint breves ac paucæ. Corruptissima enim est Respubl.
 in quâ plurimæ leges *Tacit. ann. 4.* Quo vitioso encomio famosa
 olim fuit Gallia, de quâ Montanus: *La France, ait, a plus de loix,*
 que

Rennem
Jpr. disp.
12. tb. 33.
tit. d.
Brautl.
Jpr. Publ.
l. 7. c. 4. n.
3.
Io. Cöppen
lib. 1. obs. 18
Besold.
Pol. l. 1. c.
12. n. 26.
Wurms.
Ex. 4. tb.
21.

Wesenb.
in Parat.
ff. de Leo
gib. n. 5.
Vultej.
Jpr. Rom.
lib. 1. c. 2.

Lanfrus in
Consult.
cōtr. Gall.

que tout le reste du monde ensemble. i.e. Plus legum Gallia habet, quam
mundi, quod superest, univrsum. Ex quo Legum dilivio singulare
vituperii argumentum Orator deduxit, cum enecatam asserit justiti-
tiam hâc incredibili multitudine, ut LL. & SCtorum etiam opti-
morum aut brevis aut nulla fuerit observatio. Imò & ipsa Roma
hoc laboravit vitio, ut legum tramites nullâ humanæ naturæ capa-
citate concludi potuisse ipse Imp. Justinianus fateatur, §. 1. ff. de cō-
cept. Dig. quæ tamen ipse cœlesti favore correxit, & in luculentam
consonantiam erexit, §. 2. proœm. ad Inst. Jur.

IX. Adjungenda hîc quoq; est Legum Interpretatio, quæ,
ut breviter dicamus, iisdē assignanda, quibus supra th. 7. sanctionē
earundē assignavimus, idq; ex mente Imp. Valentiniani & Marcia-
ni in l. 9. C. de LL. quibus & calcul suum adjecit Justinianus ipse, in l.
su. C. eod. Manet itaq; firmum, solius Principis esse, ejus nimirum, quæ
condidit, Leges interpretari, non tamen solū. Quæ verba
solius & solū differre docet, & benè notanda inculcat Försterus lib.
I. in præfat. de Interpret. Impossibile enim est, ut omnibus se com-
modare possit subditis, & illis jura explicare ipse, ac interpretari.
Unde & jam antiquitūs constitutum legimus, ut essent, qui publicè
jura interpretarentur, quos Jure consultos appellabant, §. re-
sponsa, 10. Inst. de Jur. nat. gent. & civ. quorum tanta erat auctoritas,
ut ab eorum sententia Judici recedere non licuerit arg. d. §. 10. in
quo & à hodiernis Jctis differunt, quorum responsa non vim le-
gis, effectualis tamen observantiæ valorem habent, ac rationem.
Juris probabilem inferunt, ut eum, qui duo aut plura ejusmodi re-
sponsa pro se adducere potest; licet causâ ceciderit, ab expensis ta-
men absolvi asserat. Ratio verò interpretandi colligitur optimè
ex l. 12. seq. ff. de Leg. l. 19. eod. eod. §. l. 67. ff. de R. J. quæ docent, in vo-
ce Legis ambigua significationem aptam & vitio carentem accipi
debere, benignioremq; sententiam præferendam duriori l. 18. 25. ff.
de Leg. l. 56. ff. de R. J. l. 42. ff. de pœn. adhiberi etiam nonnunquam
posse, si res ferat, in priorum explicatione posteriores l. 28. de LL.
uti in posteriorum priores l. 26. 27. ff. eod. Omnium tamen optima
Legum interpretes consuetudo audit l. 37. ff. eod. l. quod. si. 31. §. quia 20.
ff. de edil. edict. ut scil. inspiciatur accurate, quo jure civitas inca-
sibus ejusmodi retrò usa fuerit. Schneid. ad §. II. Inst. de J. N. G. &
C. n. 9. X. Et

Sierbman.
Nucl. Jur.
Civ. ad tit.
de J. N. G.
& C.

X. Et hæc de sanctione Legum utilisima Reipubl. ac maxi-
mè necessaria. Descendendum nunc ad earundem executionem,
sine quâ Leges non absimiles sunt campanæ sine pistillo, cum nulli-
us momenti sit jus in Civitate condi, nisi & sint, qui reddant, & ad
effectum deducant *l. 2. §. 13. ff. de O. J. Nov. 161. pr.* Est vero Legum exe-
cutio constituti juris ac observati, per exercitium Jurisdictionis
prudens applicatio. Et consistit in duabus partibus, præmiorum
distributione & pœnarum irrogatione, *l. 1. §. 1. ff. de J. & J.* non mi-
nus enim obedientes defendere ac decorare debet Princeps, quam
refractorios punire. Omnium autem præmiorum distributio cau-
tione indiget accuratâ, ut scil. meritis cuique suis æqualia confe-
rantur, nec indignis ad benèmeritorum haud levem injuriam ea-
dem attribuantur. Multò tamen magis in pœnarum irrogatione
circumspiciendum, ne dum justitiæ litamus, discrimini ipsa op-
ponatur Resp. aut summum jus summa audiat injuria. Debet
enim quælibet pœna pro qualitate personæ, pro rei conditione, &
temporis, & ætatis, & sexus, vel intendi vel remitti, ut ait JCtus
in l. sacri l. 6. ff. ad L. Jul. pec. l. aut facta 16. ff. de pœn. Qualitatem per-
sonæ primam posuit, quæ aliter puniendi olim erant servi, quam
liberi *d. l. 16. §. 3.* & de illis minore cum periculo sumitur supplicium,
quàm de Proceribus; Imò in illustriores personas meritisq; claras,
animadversio publica præprimis vix erit consulta ac tuta. Ipsa
postea res in judicium deducta inspicienda venit, nec tam punien-
dus, qui strigilem furatus est, quàm qui aureum Jovis raserit fe-
mur. Temporis quoq; opportunitas non negligenda, utrum con-
ducat nim. differre an maturare supplicia; quo pertinet, quod præ-
gnantium pœna post partum differenda *l. Imp. 18. ff. de stat. hom.* Post
hæc & ætatis ratio habenda, ubi tam minor seu tenella ætas, quàm
decrepita & debilis senectus ordinaria pœnæ eximitur, ac vel nul-
lâ vel mitiori pœnâ afficitur, *l. ferè, 108. ff. de R. J. l. divus, 2. ff. de term.*
l. si quis, 3. §. 3. ff. ad SCrum. Silan.

QVÆSTIO Coronidis loco adjecta:

*An leges Justinianæ in Republ. Christianâ
toleranda? A.*

*Vapulat quidem variè Justiniani nostri gloriosissimi aucto-
ritas.*

*Bodinus
de Republ.
lib. 5.*

*Otto de
Jur. Publ.
c. 12. p. 321.
Schneid.*

*ad §. 3.
Inst. de
just. &
jur. n. 7.*

*Ludwell.
disp. Inst. 1.
th. 5.*

*B. Bueb-
nerus ad l.
2. Tac.*

*Ann. c. 40.
Obs. Pol. 2.*

D. Unge-
paur. disp.
de XII. Er-
ror. Justi-
nian.

Dn. Har-
precht. in
Proem.

Inst. num.
33.

D. Hahn.
in pref.
observ. ad
Parat.

Wesenb.
edit. post.

Bodin. lib.
5. de Re-
publ. cap. 1.
in med.
pag. 799.

ritas. Sunt qui uxorium, sunt qui Tyrannum, superbum, impe-
ritum & Eutylianæ sectæ addictiorem appellant. Nos hominem
fuisse scimus, qui in summo honoris culmine omnium oculis ex-
positus magis contemserit malefactorum judicia, quam effuge-
rit. Certè Christianum docent actiones DEO auctore & cum invo-
catione divini Numinis susceptæ, l. 2. C. de Offic. Praef. Prat. Inscript.
Proem. Inst. Const. Deo auctore. in pr. & §. 2. de concept. ff. juxta Apo-
stoli præceptum 1. Corinth. X, 31. Coloss. III, 17. Verè enim Pon-
tifex, ubi Christus non est fundamentum, nullius boni operis est
super ædificium. can. cum Paulus. 26. caus. 1. qv. 1. Quin & Pietatem
ejus leges astruunt, Christianâ Republ nequaquam indignæ. Etsi
namq; non desunt, qui eas accusent; rectius tamen mihi sentire vi-
dentur, qui illas reverà continere dicunt artem Juris & æqui l. in
pr. ff. de Just. & Jur. præcipere faciendâ & prohibere contraria, l. 2.
in ff. de Legib. sive id unicè agere, ut honestè vivamus, alterum
non lædamus, suum cuiq; tribuamus §. 3. Inst. de J. & J. & l. 10. §. 1.
ff. eod. Et hæc ratio est, quare jus nostrum Justinianèum non so-
lùm apud Europæos, sed & ipsos Turcas in magno sit pretio. Treut-
lerus vol. 1. disp. 1. tb. 5. qui tamen indè malè arguit Romanorum
in istos populos Monarchiam. Non enim tam se legibus Romanis
uti, quasi auctoritati & sanctioni earum aliquid in se permittant,
quàm ex iis depromptæ æquitati se submittere profitentur. Vid. Hil-
lig. ad d. c. 16. lit. e. Minus itaq; ex vero Bodinus laudat Ferdinan-
dum Catholicum Hisp. R. quod in Indiam Occidentalem vetuit JC.
tū deduci, ne litium semina ibi propagarentur. Neq; enim hic magis
detrahit Juris nostri elegantia, quàm olim Antecessor Alfonsus X.
convellit divinarum Legum dignitatem, quando blasphemâ voce
solitus est effutire: si DEO affuisset à consiliis, nonnulla longè
melius ordinatusqve conditum iri. Roderic. Sanctius
Histor. Hispan. part. 3. cap. 3.



67
AB 153 961

VD 17


ULB Halle 3
005 300 959



2







10 8

XXXVII

INDULTU.

GIBUS.

RT. H.L.Q.C.

ADEMICO.

ÆSIDIO.

SSIMI.

SCHARF I.

IM. PROMOTORIS.

TISSIMI.

SPUTABIT.

R. PFEFFER,

. POM.

ERGÆ

INES HAKE, 1679.